

<C. 2> EX EPISTOLA ANACLETI PAPAE PRIMA, QUI FUIT
QUINTUS POST PETRUM, DE ACCUSATORIBUS EPISCO-
PORUM.

Audivimus, fratres, quod quidam detrahunt et accusant sacerdotes dei 25
cupientes eos^b damnari non intelligentes forsitan, quod iniuria sacerdo-
tum ad Christum pertinet, cuius vice funguntur. Nec hoc aspiciunt, quod
beatus princeps apostolorum instructor noster ait: Deponentes igitur
omnem malitiam et omnem dolum et simulationes et invidias et omnes 30
detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concu-
piscite, ut in eo crescatis in salutem. Et dominus per prophetam inquit:
Qui vult vitam diligere et videre dies bonos^c, coerceat linguam suam a
malo et labia eius, ne loquantur dolum et cetera. Qui autem ista transgre-
diuntur, profecto transgressores legis et contemptores atque inoboedientes
eius praecepti existunt. Unde et^d beatus Iacobus apostolus ait: Si diligitis 35
proximos sicut vosmetipsos, bene facitis. Si autem personas accipitis, pec-
catum operamini, redarguti a lege quasi transgressores et cetera. Et beati
apostoli ac praedecessor noster Clemens, vir apostolicus et spiritu dei ple-
nus, una cum reliquis sanctis collegis suis statuit dicens: Accusandi vel tes-
tificandi licentia denegetur, qui christianae religionis et nominis dignita- 40
tem et sue legis prepositi normam aut regulariter prohibita neglexerint.
Transgressores enim sponte legis suae eiusque violatores apostate nominan-
tur. Omnis enim apostata refutandus est ante reverentiam suam. Non^e in
accusatione recte agentium aut^f testimonio suscipiendus, quia vir duplex
animo inconstans est in omnibus viis suis. Quicumque autem, ut ait apos- 45
tolus Iacobus, totam legem servaverit^g, offendit autem in uno, factus est

b) Beginn fol. 1^v B. c) korr. aus bones B. d) nachgetr. B. e) korr. aus Nam
B. f) nachgetr. B. g) Beginn fol. 2^r B.

<C. 2> 22-51 Ps.-Anacletus (JK † 2) c. 3-5, mit teilweise frei formulierter
Inskription und Aufnahme der Rubrik wie in VD38. Ed. HINSCHIUS S. 67 Z. 38 -
S. 68 Z. 24; ed. SCHON 012.htm. Darin 28 1. Petr. 2, 1-2; 32 1. Petr. 3, 10; 35 Iac. 2,
8-9; 45 Iac. 2, 10-13; 50 Ezech. 33, 11. C. 3-4 sind auch in der US3 Hinkmars von
Laon vorhanden (Text oben 37-44), ed. SCHIEFFER, Streitschriften S. 28 Z. 22-27.

Abweichungen: 22-24 IN EPISTOLA I ANACLETI PAPAE DE OP-
PRESSIONE ET LACERATIONE CHRISTIANORUM ET DE ACCU-
SATIONE EPISCOPI ET DE ORDINATIONE EPISCOPORUM ET CE-
TERORUM ET DE PRIMATIBUS ET PATRIARCHIS EORUMQUE MINI-
STERIO AIT US3. 26 damnare PsIs (-ri I83; N442; V630 u. a.). 34 legis dei
PsIs. 35 praeceptis PsIs. 37-38 Et - ac] Beatus et US3. 41 suae legis vel
sui propositi normam PsIs (aber praepositi I83; VD38); US3. 43 ante reversio-
nem PsIs; US3.